



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De duobus aliis dubiis in emptione & vendtione cap. 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

infra pretium inimum, quia anticipata pecunia emitur. * Tertia, Res tanti vendi potest aut emi, quanti valet, aut valitura probabiliter creditur tempore, quo res ipsa traditur, in rebus autem quæ non nisi credito vendi possunt, ut sericum apud Florentinos, ac sericea, quæ in magna copia transmittuntur, precium à tempore solutionis pecuniarum exigere potest iuxta valorem, quem creduntur res illæ habituræ postea. Idem dicendum de lanis, & aliis mercibus, quæ non nisi anticipata solutione vendi & emi queunt.

*De duobus alijs dubiis in emptio-
ne & venditione. Cap. 51.*

Primum, An liceat, quando res credito venditur infra iustum pretium, exigere lucrū cessante ratione pecuniæ creditæ. Respondetur quod si veditor libere

& spontè vendit, non licet: vt S. Anton. & Sotus affirmant: si autem ab emptore rogatus vendat, cum habeat alios emptores quibus vendat præfenti pecunia licet, quia videtur damnum emergens. *Secundum dubium. An liceat aliquid ab emptore exigere ratione periculi cui exponitur res, cum credito venditur, nam certior est pecunia præfens quam futura. Medina ait, Sotus negat: sed re vera ratione nudi periculi non licet, licebit tamen ratione expensarum si q̄ probailiter indicabuntur futuræ in pecunia illa recuperanda.

De emptione cum pacto retrovendi. Cap. 52.

Hic contractus licitus, & iustus est etiã si apponatur cõditio, quod si infra certũ tẽpus nõ redimitur. sit absolute ipsius emptoris, sed res sic empta